

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Codicis Professor, Ad Exequias Quas Matronae ... Tilesiae Beselins Viri ... Caspari Hermans quondam Senatoris meritissimi relictæ Viduæ, Haeredes hodie hora prima in templo Mariano paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives Academicos officiose invitat : [P.P. Rostochii sub sigillo Rectoratus, die 3. Decembris Anno M DC XL.]**

Rostochii: Kilius, 1640


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746846878>


Druck Freier  Zugang




Schütze, N.,  
in **T. Beselin,**  
uxor. C. Hermann.  
R. 1640.

20.







PROGRAMMA

QUO  
RECTOR

Universitatis Rostochiensis

NICOLAUS Schütze /

J. U. D. & Codicis Professor,

AD  
EXEQUIAS

QUAS  
MATRONÆ HONESTISSIMÆ

TILESIÆ Besselius

VIRI PRUDENTISSIMI

CASPARI Hermans quondam

Senatoris meritissimi relictæ Viduæ,

*Heredes hodie hora prima in templo Mariano  
paratas cupiunt,*

Omnes omnium ordinum Cives Aca-  
demicos officiosè invitat.



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO MDC XL.

PROGRAMMA

DE

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

NICOLAI GÖTTSCHEWII

J. U. D. & Codicis Professor

1789

EXBOIUS



UNIVERSITÄT ROSTOCK

BIBLIOTHEK

1789

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK

UNIVERSITÄT ROSTOCK



**H**Umana vitæ beatitudi-  
nem in dubium qui vocant, quod  
in fortunæ dominantis regno  
constituti sumus, majores ei  
vires, quam virtuti tribuere videntur. Cum  
enim vident fragilem esse, quæ hoc in seculo  
vivitur, vitam ab ipso ortu, varijs fortunæ casi-  
bus obnoxiam, paupertatis onere gravissimo  
& molestissimo frequenter pressam, morbis ex-  
positam, bellicis tempestatibus agitatum, labo-  
ribus alijs, & molestiis exercitam, illico actum  
esse putant, nec magis, in eo statu qui sit, bea-  
tum esse posse, quam in copiosa pluvia qui am-  
bulet, non madidum. Et sanè ita est, si quis for-  
tunæ dominantem se permittat, ejus nutu & ar-  
bitrio stet cadatve, totus ab ea pendeat: Si vero  
pectus virtute munitum & benè præparatum  
habeat, rectam rationem in consilium admittat,  
præsertim in Schola Spiritus Sancti rectè infor-  
matus, is vel medijs in undis tranquillius natita-  
bit, quasi viator vacuus coram latrone canet,



quadrato semper agmine instructus nullas insi-  
dias, insultus nullos metuet, semper stabit instar  
cubi rectus, adeoque si fractus illabatur orbis  
inpavidum ferient ruinae. Ad hunc ergo mo-  
dum comparatus, beatorum inferendus ordini  
an sit, nec ne, vulgus quidem dubitat; qui vero  
Spiritus Sancti & rectae rationis oculo rem pe-  
nitius introspiciunt, si vel maximè inter beatos  
non censeant, certè numero miserorum in hac  
vita eximendum omnino arbitrantur. Et hæc  
hujus quidem vitæ conditio est: alteram si vi-  
deamus, & Christianæ militiæ, pietatis, fidei,  
charitatis exercitia consideremus, tantum  
abest ut miserum talem dicamus, ut cum ipso  
Servatore nostro potius beatum pronuncie-  
mus, eum qui spirituali paupertate prematur,  
quam regno coelorum permutabit: Beatum  
lugentem, quia consolationem sit acceptu-  
rus: Beatos mansuetos, quia terram sint pos-  
sessori; Esurientes & sitientes, quia saturitatem  
inventuri sint; calamitatibus afflictos, qui-  
bus ipse Servator opem in reficiendo promisit.  
Ad hunc ordinem pertinere judicamus ho-  
nestissimam, pietate & alijs virtutibus orna-  
tam foeminam ultraoctuagenariam TIL-  
SIAM Bejelins/ quod ex ejus vita breviter  
expli-

explicata apparebit. Nata enim ea est seculi  
superioris Anno 1617 LVII, hac in urbe Ro-  
stochio ex parentibus primarijs, genere & vir-  
tute pollentibus. Pater ei fuit Vir Amplissi-  
mus & Prudentissimus Dn. JOHANNES Bes-  
selin/ Senator & Camerarius per benè multos  
annos gravissimus & integerrimus. Mater  
MARGARETA Steins/ Amplissimi & Pru-  
dentissimi Viri Dn. JACOBI Steins filia  
legitima. Avus Vir honestissimus & Civis pri-  
marius Dn. HENRICUS Besselin studijs de-  
ditus honesto in otio conquievit. Avia pa-  
terna ANNA Eggers/ quibus ipsa ornata e-  
rat virtutibus, eas in hanc neptem suam per  
filium propagavit: quod eo magis apparet, si  
mentio sororis etiam fiat, præclaræ illius &  
laudatissimæ matronæ ANNÆ Besselins/  
quæ Amplissimo Viro Dn. BERNHARDO  
Pagels Consuli hujus urbis prudentissimo  
nupta: qui cum dulcissimis ejus amplexibus  
avelleretur, tempore luctui debito rite exple-  
to, ad alterum ejusdem ordinis & dignitatis  
virum Dn. JACOBUM LEMMICHIIUM  
Consulem pariter Magnificum per secundas  
nuptias legitime transit: Fratrum quoque  
Virorum ornatissimorum Dn. CHRISTIANI  
13 & JA-

& JACOBI, quorum ille Senatoria dignitate; hic primarij & literati Civis nomine publice notus, uterque virtutum, studijs & rei gerendæ prudentia omnibus commendatissimus. Ex his ergo parentibus nata hæc mulier, quin præclaram & ad pietatis ac virtutis cultû proclivem indolem adepta sit, nemo dubitare potest: Eam vero si doctrina & exercitatio promoverit, rectiq; cultus roboraverint, illud inde existere solet, quod præclarum & laude dignum judicamus & profitemur. Et hac ipsa causa motus Vir Præstantissimus Dn. CASPARUS Hermann / Senatorij ordinis dignitatem ob merita post adeptus, eam arctissimo amoris complexu, in omnem vitæ fortunæq; communionem suscepit, ab eadem reciproco casti amoris affectu susceptus, non sine conjugalis vitæ dulcissimo fructu, quem quinq; liberorum generatione in familiæ servandæ spem diffudit. Primogenitus erat NICOLAUS, eum sequebantur JOHANNES, ELISABETHA, CASPARUS & JOHANNES II. Ex quibus omnibus solus NICOLAUS ad viriles annos pervenit & uxore ducta WENDULA, Prudentissimi Viri Dn. JOHANNIS KOLTZOVII, Senatoris filia,

filia, ex qua nepotem quidem viderunt avus  
aviaq;, sed juvenis maritus, ante parentes ex  
hac vita discessit. JOHANNES & ELISA-  
BETHA in ipso ætatis flore diem suum  
obierunt. CASPARUS Lubecæ inter stu-  
dia, quibus operabatur, vitæ finem invenit.  
JOHANNES ille II. quanto diutius fuit  
superstes, tanto majori solatio fuit parenti,  
post patris ex hac vita discessum, viduæ  
maritum acerbè lugenti: Is vero discessus  
Anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c xvii. ante XXIII, annos videlicet  
contigit, & ingens desiderium relicte viduæ  
& superstibus liberis reliquit. Cum igitur  
maritum & liberos ex eo natos, hæc matrona  
viderit, ex hac sibi vita summo cum suo dolore  
surreptos, quis eam vulgari judicio, miseriæ  
propiorum, quam felicitati humanæ, non  
putet? opibus quidem instructa erat, non so-  
lum quibus ipsa frueretur ad necessitatem, sed  
quas liberis etiam relinquere potuisset; Qui-  
bus vero eas relinquere voluisset, eos omnes  
ante se defunctos, ad coelestem beatitudinem  
præmisit, nunc ipsa feliciter secuta. Sed hanc ex  
mariti & liberorum præmaturo obitu calami-  
tatem cum excepisset fortiter, pietatis cultu  
nebulas mœroris discussit, & consolationes  
in verbo DEI lecto & audito quasitas inve-  
nit,

mit, adhibuit, & efficaciam earum deprehendit. Et quidem hac ratione usa fuit, quamdiu per ætatem & vires potuit: Quæ cum ita affectæ essent, ut in publicos Ecclesiæ conventus prodire amplius non posset, domi usa est & Reverendi Dn, Superintendentis opera in administranda sacra Synaxi, & aliorum in sacris literis legendis, precibus recitandis, alijs pietatis Christianæ operibus peragendis. Quo factum est, ut absoluta feliciter hujus vitæ militia, in vera fide & bona conscientia tandem Anno ætatis LXXIII, discesserit, & hujus seculi dubiam beatitudinem, æterna, minime dubia & nunquam desitura permutaverit. Quam illi matronæ piæ, honestæ, laudatæ sortem gratulabimur, & gratitudini erga superstites declarandæ, funus nostra frequentia ornabimus, vota pro salute & bono publico fundemus & suæ quisq; mortalitatis ab alieno exemplo documentum capiemus. P. P. Ro-


stochij sub sigillo Rectoratus,


die 3. Decembris Anno


M DC XL.

Conventus fiet in æde Mariana,  
hodie hora prima.

106 (o) 100  
8











filia, ex qua nepotem quidem viderunt a  
aviaq; sed juvenis maritus, ante parente  
hac vita discessit, JOHANNES & ELIS  
BETHA in ipso atatis flore diem suu  
obierunt. CASPARUS Lubecæ inter  
dia, quibus operabatur, vitæ finem inven  
JOHANNES ille II. quanto diutius  
superstes, tanto majori solatio fuit pare  
post patris ex hac vita discessum, vi  
maritum acerbè lugenti: Is vero disce  
Anno clō lōc xvii. ante XXIII, annos videl  
contigit, & ingens desiderium relictae vi  
& superstibus liberis reliquit. Cum ig  
maritum & liberos ex eo natos, hæc matr  
viderit, ex hac sibi vita summo cum suo dol  
surreptos, quis eam vulgari judicio, mis  
propiore, quam felicitati humanæ, n  
putet? opibus quidem instructa erat, non  
lum quibus ipsa frueretur ad necessitatem  
quas liberis etiam relinquere potuisset; C  
bus vero eas relinquere voluisset, eos om  
ante se defunctos, ad coelestem beatitudin  
præmisit, nunc ipsa feliciter secuta. Sed han  
mariti & liberorum præmaturo obitu cala  
tatem cum excepisset fortiter, pietatis cu  
nebulas mœroris discussit, & consolatio  
in verbo DEI lecto & audito quæsit in

